



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Qvae Svnt Praecipva Officia Magistratus politici?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

DE MAGISTRATV  
POLITICO.

QV ID EST MAGISTRATVS  
Politicus ?

MAGISTRATVS politicus est persona à Deo ordinata, ad conseruationem legis in externa disciplina, & quidem vtriusq; tabule Decalogi, & ad pacis defensionem. Et habet potestatem puniendi in corporali.

QV AE SVNT PRÆCIPVA OFFĪ-  
cia Magistratus politici ?

RESPONDO: Quatuor sunt. I. Primum: Sonare vocem Decalogi in genere humano. Intellego autem appellatione Decalogi vniuersam legem naturæ. Ac vult Deus primas normas esse omnium legum & vniuersæ gubernationis, has leges, quarum summam in Decalogo complexus est, quem recte vult intelligi. De hac norma inquit Sapiencia diuina, Prouerb. 8. Per me reges regnant, & principes iusta decernunt. II. Secundum est: Magistratus sit executor legum Decalogi, in punienda earum violatione, vi corporali: Quia Deus voluit in pœnis ostendere iudicium suum. Et cum velle regi hominum vitam per Magistratum, armat eos hac potestate, suo dat mandatum, vt puniant violantes Decalogum, iuxta dictum: Non parces ei, nec misereberis, &c. Et sæpe repetitum est dictum Aeschini: *ἔδωκεν ὁ θεὸς τὴν πόλιν, ἵνα μὴ νόμος ἐπὶ τοῖς ἀδικήσασιν ἔχη.* III. Tertium est addere aliquas leges Decalogo, id est, legibus naturæ de ciuilibus negotijs. Sed hæ additiones non pugnent cum legibus naturæ: verum sint determinationes certarum circumstantiarum, additæ communibus noticijs naturalibus. Vt: Noticia naturalis est, Fur est puniendus: Sed modum pœnæ determinat lex addita Magistratu: Talem habent potestatem condendi nouas leges politici Magistratus, ac tantum de ciuilibus negotijs. NON conueniunt dogmata in Ecclesia, nec instituant cultus, ut fecit Nabuchodonosor. Et recens in scripto, cui titulus est Interim, potestas politica extra metas egressa est. Sicut Imperatori Constantio dixit Episcopus Leonius: *ἵνα διαφύγῃ τὰ χυδαῖς ἐπί τοῖς ἐπιχρηστέοις.* NON sunt conseruandæ functiones, ut Paulus dicit: Propria facite. Et Petrus dicit: Non sitis ἀλλοτριεπίσκοποι. Et Aristoteles dixit, Beatam fore vitam hominum, si artifices de artibus iudicarent. IIII. Quartum officium est, Magistratus sit executor etiam suarum legum in pœnis in corporali. Et habent pœnæ suos gradus.

EST NE